

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Minerva, sive de causis latinae linguae commentarius

**Sánchez, Francisco
Schoppe, Caspar
Perizonius, Jacobus
Franequera, 1687**

Cap. I. - De constructione nominum

[urn:nbn:de:bsz:31-109138](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109138)

LIBER SECUNDUS.

CAP. I.

De constructione Nominum.

Constructionem diximus dividi in ^{Constru-}
 concordiam, & rectionem: item ^{Etio du-}
 concordiam triplicem esse, Adje- ^{plex.}
 ctivi, & substantivi; Nominis & ^{Concor-}
 verbi; Relativi, & antecedentis, ^{dia tri-}
 Substantivum, & adjectivum numero, & ca- ^{plex.}
 su tantum consentiunt, non genere; nam ad- ^{Concord.}
 jectiva genus non habent, sed certas termi- ^{substant.}
 nationes ad genera, propter quas substanti- ^{Et adj.}
 vorum genus indagamus. Itaque postquam ^{Lib. 1.}
 scieris, cujus generis sit *paries*, tunc necessa- ^{c.7.p.38.}
 rio dices, *paries albus*; quia *albus*, est termi-
 natio ad genera masculina: restat deinde ut
 accedat concordia numeri, & casus. Quod
 si objicias, *Paries alba*, in numero, & casu
 concordant, nec tamen est perfecta concor-
 dia. Respondeo, Concordiam perfectam esse,
 sed à te peccatum esse in regula, quæ ante
 concordiam est, quæ jubet terminationem in
us, deberi necessario masculinis. Eadem ra- ^{Concor-}
 tio est in concordia nominis, & verbi; di- ^{dia No-}
 ximus enim hanc concordiam ex solo nume- ^{minis, &}
 ro constare. Tu objicis; *ego docet*, est nume- ^{verbi.}
 concordia; non tamen congruit omnino ora-
 tio. Peccatum item à te est in regula, quæ
 docet, omnem nominativum esse tertie per-
 sonæ, præter, *ego*, & *tu*, &c. Quia igitur
 ignorasti, *ego*, esse primæ personæ verbalis,
 non

non adaptasti concordiam, quæ post regulam sequebatur.

C A P. II.

Nominativus à nulla parte regitur. Duo recti simul.

Concordia Nominis, & Verbi.

EX nomine, & verbo tanquam ex materia, & forma, quæ brevissima fit, constituitur oratio: id docet Plato in Sophista, & Aristoteles lib. 2. *ἔστι ἐπιρρησιαί.* Porro nomen cum verbo in solo numero convenit, ut diximus, non in persona, ut docent Grammatici: nam ea quæ conveniunt, debent in aliquo tertio, quod sit ambobus commune, convenire: * Sed nomina non habent personas, id est facies illas, quas sola verba retinent. Non ergo in persona, casu, genere nomina cum verbis conveniunt; sed quum sint omnia, exceptis duobus, tertiæ personæ verbalis, semper in illam tertiam personam ferentur: opus tamen est concordia, quia duplex illa persona est, singularis, & pluralis: itaque qui dixit; *ego disputat*, erravit in regula: qui dixit; *ego disputamus*, erravit in concordia; illud enim necessitatis fuit, hoc concordia. Rectus præterea nunquam regitur: nam in hac oratione, *Cato scribit*; *Cato* non regitur à verbo; † *nec scribit*, à *Cato*: sed con-

Rectus casus nunquam regitur à Verbo.

* *Sed Nomina non habent personam*] At vide, quæ contra hanc sententiam notavi ad pag. 58.

† *Nec scribit, à Cato*] Quum dico, *Cato scribit*, est hæc quidem concordia Nominis & Verbi, & quidem tum in Numero, tum in Persona, ac personali terminatione, nisi patet ex iis, quæ docui pag. 57, 58. Sed & *Rectus recte* po-